AD SERENISS. FELICISSIMV'MQVE CAROLVM EMAN. Sabaudię Ducem, Pedemontium Principem, &c.

DE AVSPICATISSIMO CVM CATHARINA AVSTRIACA

Maximi PHILIPPI *Hiſpaniarum Regis filia Coniugio;*

Philippi Mariæ Rofredi Iurecons. Claraſcenſis,

Et in florentiſsima Taurini Academia Lectoris extraordinarij matutini gratulatoria oratio.

In qua præter Hiſpaniarum, & Sabaudiæ domus antiquitatem, & nobilitatem, ſponſorumq; laudes, vniuerſum etiam nuptiarum proceſſum fideliter recitatum cupidus Lector non leui cum iucunditate deprehendet.

num. 32.
cax. 6.
num. 3

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

de la Libreria R.

AVGVSTÆ TAVRINORVM,
Apud hæredem Nicolai Beuilaquæ,
M D LXXXV.

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum.

ILLVSTRISSIMO
CAROLO
PALLAVICINO EX CÆVÆ
Marchionibus, ſupremi Sereniſsimi Sabaudiæ Ducis equeſtris ordinis equiti ſtrenuiſsimo,

ET CATHARINÆ INFANTIS
MAGNO SCVTIFERO

PHILIPPVS MARIA ROFREDVS
Iureconſultus à Claraſco felicitatem.

MVLTIS *antea annis (Illuſtriſſime Carole) dum legum diſcendarum cauſa florentiſſimam hãc Taurinorum Auguſtam primùm adijſſem memini me paternorum in te ſtudiorum memorem tales excitaſſe in te animi affectus, vt nil mihi antiquius, nilq; charius accidere poſſe videretur, quàm ſingularem illam animi mei propenſionem tibi quoquomodo explicare: Cùm verò decennio iam continuo elapſo ob præſtantes animi tui, & corporis dotes Sabaudorum Principum noſtrorum nomine apud* PHILIPPVM *Hiſpaniarum Regem maxima integritate, ſplendore, & laude,*

AD SERENISS.

POTENTISSIMVMQ.

CAROLVM EMANVELEM Sabaudiæ Ducem, Pedemontium Principem, &c.

De auſpicatiſſimo cum CATHARINA Auſtriaca Philippi Maximi Hiſpaniarum Regis filia coniugio.

PHILIPPI MARIAE ROFREDI Iureconſulti Claraſcenſis.

Et in Florentiſſima Taurini Academia Lectoris extraordinarij matutini gratulatoria Oratio.

SOLENT qui ad prçclaras res aliquas, memoratuq; dignas decantandas accedunt (Sereniſſime Potentiſſime Feliciſſime Princeps) alij peregrinam Ciceronis eloquentiam, alij vehementem Demoſthenis in dicendo facundiam, nonnulli Periclis curioſitatem, alij verò Mithridatis memoriam, quo ea de quibus verba facturi ſunt perfectè explicare poſſint deſiderare. Quæ quidem omnia ſi vlli vnquam de quauis egregia re dicere parato appetenda fuerunt mihi cer-